

22 Decretum autem hoc Dei est, i. æternum **a** quippe quod ante omnes res a *Acto. 15.*
creatas & causas in illis existentes factum *v. 18.*
est. 2. Absolutum, cuius causa efficiens non
est conditio seu res extra Deum, sed sola vo-
luntas Dei **b**, cuius nulla alia causa superior b *Rom. 11.*
ad signari potest, quæ extra Deum sit aut *v. 35.*
esse possit. **3.** Denique immutabile, quippe
quod nec à Deo, utpote à voluntate Dei
immutabili pendens, nec ab ulla creatura
mutari potest.

23 Causa efficiens agens prædestinati-
onis est Deus: impulsiva solum ipsius benc-
placitum seu *euδοξία a*, non autem prævisa a *Rom. 9. v.*
opera, neque prævisa fides; quasi illi, quos *16. &c.*
Deus piè viaturos & in Christum creditu- *1. Timoth. 1.*
ros prævidit, sint prædestinationis causa *v. 16.*
περιτταγένης, Deum ad eligendum mo-
vens, quippe quum non modò hæc volun-
tatis divinæ commotio à prævisione bono-
rum operum & fidei, summæ Dei libertati
quæ à nulla causa externa dependet,
repugnet: sed etiam opera & fides ipsa ve-
ra prædestinationis sunt effecta **b**. b *Acto. 13.*

24 Actus hujus decreti qui in Deo sim- *v. 48.*
plex & uniformis est, quo ad nostrum con-
cipiendi modum, est duplex: prior de fine
seu vita æterna certis hominibus danda.
Posterior de mediis, per quæ illi ad vitam

B - iiiij